9110

nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Gnosus Turecki Gnoso Osseckowskie manuale Scriptum Roborat et Statuet.

Coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus personaliter comparens Gnosus Michaël Turecki sanus mente et corpore existens à Terris, Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesentiqueiuri Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Generosi Nicolai Iaworski Petrassowic pro cuius ratihabitione cavet ac se praesentibus inscribit Noie se ac suos suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus

2013 ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis Generoso Ioanni Osseckowski eiusque posteris inscribit et Obligat praesentibus Scriptum manuale per se Recognoscentem in rem et manus eius quondam Gnosi Ioannis Osseckowski ratione certarum rerum et Conditionum in eodem Scripto Manuali contentarum de Actu et data illius hic Praemysliae die hodierna in actu contenta Confectum conscriptum et datum manu sui Recognoscentis et praefati Gnosi Nicolai Iaworski Petrassowic propriis Subscriptum In Omnibus et singulis eiusdem Scripti manualis Conditionibus punctis, Clausulis, articulis Vadio ligamentis ac nexibus generaliter Universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare Omnibusque et singulis illius contentis tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit Satisfacere, Scriptum praefatum manuale ad inscriptionem praesentem Roborationem et Inscriptionem praesentem roborationem ad praedictum Scriptum manuale Vicissim in toto referendo Idque sub Vadio Summae Mille florenorum Septingentorum polonicalium per eundem Recognoscentem Gnosum Michaelem Turecki sive eius posteros praenominato Generoso Ioanni Osseckowski aut illius Successoribus ob non completione contentorum Scripti praefati manualis Omnium et singulorum tam in toto quam in

quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit ad solvendum Suc
cumbendo. Nihilominus iis idem Recognoscens Gnosus Michael Turecki
debebit et tenebitur prout se ac suos successores in et super bonis suis gnlr
omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis suprafatto Ge
neroso Joanni Offkowski eiusq posteris inscribit et obligat pntibus memo
ratum Gnosum Jaworski Petrasowic vel in eventu mortis successores illig
ad approbandam per ipos Inscriptionem pntem Roborationam vel similem
aliam suo p interesse faciendam ad acta quaevis authentica Regni vim p
petuitatis in se habentia intra decursum sex septimanarum adducere et
personaliter statuere ab eaq vel ipsius successoribus ut pmissa debite exe
quatur efficere idq sub alio simili et seorsivo vadio Mille Septingento
rum florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem Gnosum Mi
chaelem Turecki sive illius posteros pnominato Gnoso Joanni Offkow
ski aut ipsius posteris ob non statutionem memorati Gnosi Nicolai
Jaworski vel ipsius successorum pro tempore et loco superius expressis
ad exequenda pmissa ad solvendum succumbendo. Proquibus quid
vadio vel vadiis modo pmisso ad solvend succubitis ac re aliqua
principali ex pmissis non completa complenda Citatus existens memo
ratq Recognoscens Gnosus Michael Turecki aut illius posteri ad
instantiam suprafatti Gnosi Joannis Offkowski sive ipsius successorum
Ad Officium pntens Castrense Capitaneale Praemysliense extunc re:
cessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper
in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere
Vadium vel Vadia pacta luere Inscriptioni pnti satisfacere ac etiam omne
Judicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem
omnia inscribit et obligat pntibus eundem Terminum primum perem
ptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos
semper peremptorios vera Infirmitate pro maiori Minorennitate Succes
sorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimen
ta ad evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus im:

pedimentis non differendo ad Quietationem Praeterea ultra primos et proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis dilatio nem sibi non recipiendo nullasque motiones apellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus uel triplicatis Cassationibus suspensionibus fatalis Iuris Praescriptione Terrestri bello Conuentioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis Euadendo Prout sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Gnosus Ossękowski in rem Gnosorum Turecki et Iaworski Roborat.

244 Coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysl. Personaliter Comparens Gnosus Ioannes Ossękowski sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesentiueri Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemysliensi quoad actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter, et plenarie incorporando, atque Subyciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse se ac suos successores inet super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibusuis habitis et habendis Gnosis Michaeli Turecki et Nicolao Iaworski Petraszowic eorumque posteris inscribit et obligat praesentibus Scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus eorundem Gnosorum Turecki et Iaworski ratione certarum rerum et Conditionum in eodem Scripto manuali contentarum de Actu et data illius hic Praemysliae die hodierna in actu contenta confectum, conscriptum et datum Manu sui Plena in actu contenta cognoscentis propria Subscriptum Vadioque Duorum Millium Centum florenorum polonicalium ad tenendum firmatum In Omnibus et Singulis eiusdem Scripti manualis Conditionibus Punctis Clausulis articulis Vadio ligamentis ac nexibus generaliter Uniuersis firmiter tenere